



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Historia Ioannis Cohlæi De Actis Et Scriptis Martini  
Lvtheri Saxonis**

**Cochlaeus, Johannes**

**Parisiis, 1565**

Acta & scripta Lutheri, Anno Domini. M. D. XLIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29789**

*Acta & scripta Luthe-  
ri, Anno Domini.  
M.D.XLIV.*

*Conuentus  
Imperialis  
Spire.*

*Admonitio  
Pape ad Ce-  
sar scripta.*



Ocanno celebris fuit Conuentus Imperialis à Cæsaremet præsente Spiræ habitus, in quo & omnes se ptem Principes Electores (quod raro fit) personaliter præsentes fuerunt. Tractatum ibi rursus fuit de ratione belli defensiui contra Turcas, & de sumptibus aquæ contributionibus ad bellum illud necessariis. Fuit & de causa Religionis ibi serio actum, & Lutheranis ad importunam eorum instantiam concessum nonnihil, quod summo Pontifici per omnia placere non potuit. Recessus ergo publicus datus fuit Spiræ X. die Iunij. Cuius sa ne tenorem vbi Ro. Pontifex accepit, paternè admonuit per quandam epistolam Cæs. Majestatem, ut in causa fidei & Religionis, more maiorum, nihil velit, inconsulto Ro. Ponifice, statuere aut permittere, in sedis Apostolice præiudicium. Mos (inquit) maiorum est eiusmodi, ut quoties de his, quæ ad religionem pertinent, disceptatur, ad sedem Apostolicam omnne iudicium semper referatur, nihil illa inconsulta statuatur. Tu vero nunc fili, cum vel de Concilio generali, tanquam de remedio omnium opportunissimo afflictis Ecclesiæ rebus,

& ipsius  
ciavel  
defutu  
i Con  
bus, q  
tagis  
que, cu  
rcula  
Conci  
ad Ecc  
autorit  
. Con  
tenda  
Lutine  
thonie  
vlique  
pudor  
alium  
tes di  
De P  
contr  
dis. S  
Tettin  
fern  
Conf  
Co  
didit  
nos. P  
Phili  
Bucc  
nem  
&

& ipius in primis Germaniae mentionem facit de Nationali, cuius etiam meministi: vel de futuro ad proximum Autumnum Imperialem Conventu, in quo de religione ceterisque rebus, quae ad illam pertinent, tractare promitis: ita quis, ita statuis, ut supprimas eius nomen ubi que, cui diuina & humana iura, approbante tot ictuorum consensu, supremam, cum cogendi Concilia, tum statuendi de his & ordinandi, quae ad Ecclesiam unitatem utilitatemque spectant, autoritatem dederunt &c.

Contra hanc Papae Pauli III. epistolam, horrenda conuria scripserunt Lutherani, quidam Latinis, quidam Germanice. Leutherus ipse Teuthonice prolixum aduersus eam addidit librum, vique adeo maledicuum & obscenum, ut sine pudore recitari aut legi non queat. Edidit & datum Germanice libellum, in Quatuor partes diuisum. Quarum prima titulum habet, De Principalibus articulis Christianae fidei, contra Papam & Inferorum portas sustinendis. Secunda continet eius Confessionem. Tertia, De vera & falsa Ecclesia, quomodo discernatur. Quarta, De tribus symbolis aut Confessionibus Catholicæ fidei.

Cochlaeus quoque non paucos hoc anno editi Latin libellos, partim contra Lutheranos, partim contra Zuinglianos. Verbi gratia. Philippicam sextam, contra Melanchtonem & Bucerum, pro Coloniensium iudicio: Defensionem Cæmoniarum Ecclesiaz, contra Tres libel-

*Obscenissimus liber Eu-*  
*theri contra Papam &*  
*Card.*

*Opuscula  
Cochlae.*

Ios Ambrosij Moibani Vratislauiensis: De nouis translationibus veteris & noui Testamenti Disceptationem: Quadruplicem ratione con cordiae super Confessione Augustana. Haec contra Lutheranos. Contra Zuingianos vero, De inuocatione sanctorum, eorumq; intercessione, & de Reliquiis imaginibusque eorum, contra Bullingerum: Replicam breuem, contra prolixam responcionem eiusdem Bullingeri: De sacerdotio & sacrificio nouae legis, contiu duos sermones Vuolffgangi Musculi. Item, Historiam de vita Theodorici Regis Ostrogothorum & Italiae. Germanice item libellum unum, de modo & vsu orandi antiquo. Cesar autem nitis Spiræ comitiis, Regi Franciæ bellum in militin ipsa Gallia, eoq; fœliciter peracto, in Belgicam eodem anno reuersus est: qui ad Parisios usque cum exercitu penetrauerat. Clero interim Coloniensi, pro fide & religione Catholica, libris & actionibus diuersis viriliter, Luthe rani Archiepiscopi sui conatibus & attentatio nibus repugnante.

*Acta et scripta Lutheri, Anno Domini  
M.D.XLV.*

*Conuentus Imperialis Vuormacis.*

H Oc quoque anno indictus ac celebratus est Vuormacis Conuentus Imperialis, qui promissus fuerat in Recensu Spirensi,